Vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum præsentem attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere, publice ac perexpressum recognovit. Quia sibi Recognoscenti de bonis Paternis et Maternis ratione dotis et expeditionis se concernente per manus supra expressorum Parentum suorum satisfactum est, ob quam eiusmodi sibi Recognoscenti satisfactionem iisdem bonis Paternis et Maternis abdicat, abrenunciat perpetuis temporibus, stante sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Feria Quinta post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio

9/III

Dwernicki et Krepticki mutuo sese Quietant

1742

Comparentes personaliter coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi Theodorus de Dwernik Dwernicki ab una et Alexander Krepticki parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti Vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus

totaliter

totaliter et plenarie incorporando atq[ue] inscribendo palam libere
publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum
seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sese mutuo
et invicem de contractu certo inter se Recognoscentes ratio-
ne quarumvis rerum et conditionum in eodem Contractu
Specificatarum, de actu et data illius Fri Praemysliae Sabba-
tho pridie Festi Sancti Valentini Presbiteri et Martyris Anno Mille-
simo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo proxime praeteriti con-
fecto ac conscripto manibus sui Recognoscentium subscripto
Vadio Mille Ducentorum Sexaginta Florenorum Polonicalium fir-
malis et [illegible] Regni vocatis, necnon de eadem ipsa
Inscriptione Roboratoria ac eiusdem Inscriptionis Roboratoriae
Conditionibus punctis clausulis articulis, Vadio ligamentis ac
nexibus generaliter omnibus, ac aliis quibusvis manifestati-
onibus protestationibus praetensionibus, respectu eiusdem Con-
tractus inter partes Utrinq[ue] intercedentibus ob sufficientem
et plenariam sibi Recognoscentibus ab Utrinq[ue] praestitam sa-
tisfactionem Quietant, emittunt, dimittunt liberosq[ue] et abso-
lutos faciunt et perpetuo pronuntiant Contractum eun-
dem cum eius Inscriptione Roboratoria ac quasvis manife-
stationes, et praetensiones Cassant mortificant et annihilant
sibi suisq[ue] posteris ratione praemissorum omnium perpetuum
imponendo silentium.

Dwernicki in rem Kamien-ski Scriptum Roborat. 1343

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanea-
libus Praemysliensibus personaliter Comparens Generosus
Theodorus Dwernicki sanus mente et corpore existens
a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibus-